93 143

benignissimi protectioni commendamus.
Dabam raptissime stans pede in uno.
Harderovici XXIV 7bris 1655.

Tuae Reverentiae
usque ad mortem
Devotus
J. Christenius.

Doctor Hudemannus pessime egit. Virgini isti, quam nosti, firmissime se obstrinxerat. Abiit hinc, fidem dans, se brevi ~~rediturum~~ reversurum …

92 142

Admodum Reverende & clarissime
Vir fautor & amice honorande.

Diuturni silentii, quo a momento discessus tui uteris, quinam dies finem afferet? Nihil de Reverentia Tua audimus. Ego Amstelodami in feriis ~~tuis~~ nostris positus scripsi ad Te, nempe XIIX Julii, sed responsi nihil accepi. Miror maxime, nec causam comminisci queo. Interim Doctor Wolferdus ad professionem Theologicam est vocatus. Ille quamprimum Franekera Harderuicum migrabit, aediumque tuarum, quas sibi elegit, erit inhabitator. Quid porro futurum sit, nescimus. Comitia Arnhemi nunc habentur, sed sunt plena discordiis. Maxima e contentio inter Curiam, & Civitates minores Veluvicas. Academiae hoc plurimum nocebit. Subquaestor Rouw recusat solvere quadrantem stipendii tibi hucusque debitum: vult prius videre speciale mandatum DD. Curatorum. Eo nomine scripsi heri diligenter ad illos, & responsum exspecto. Pestis in Hollandia atrociter grassatur, praecipue Leidae, moriuntur ibi plurimi, & citissime. Incepit hoc malum
nostram

1655. Sept. 24. Christenius

immaturam acceleravit mortem, cum recreationis caus[a]
medio in aestu nativi corporis plus nimio indulserat, [et]
Ministerium ecclesiae denuo fecerat. Nos omne[s]
dolemus lubricosam Matris Viduae vicem. O Deus
animum ejus erigat solatio! Status noster pub[licus]
e valde indecentatur. Nescimus quid mali e
polonia nobis immineat. Serenissimus & potent[issimus]
vir Archiepiscopus exercitum suum ablegavit in Boh[emiam]
et neutri parti hactenus adhaesit. Num diutius [...]
tractatum agere liceat, eventus dabit. Vale Vir [...]
gio literario doctissime. Francofurti ad Oderam
27 Augusti ao 1655

Clarit. Tuae

Quae proferr[...]
nunc afflig[...]
ut et conjug[...]
et amicos

quoque urbem affligere, sed mod[...]
hactenus. Patrem Filiorum abripu[it]
& Bacorium Chirurgum. In vicina[...]
um quondam vestrarum paupercula[...]
domus misere infecta est: Liberi al[...]
obierunt, nonnulli adhuc decumbu[nt]
Doctor Kyperus Academiae Rector [...]
uxore Leidae obiit. De meo nego[tio]
quod Tuae Reverentiae commiser[...]
nihil audeo monere, cum nulla [...]
scriptione nos digneris. Interim q[uae]
ad tuum commodum pertinere arb[itror]
summo studio curavi, & curabo. [...]
florenos a Consule Witten pro[...]
nare accepi, quos solvi bibliop[olae]
Jacobi. tres adhuc restant solven[di]
Antonius Caroli quosdam libros m[ihi]
tradidit, quos mittam, quandoc[unque]
volueris, illique solvam, cum accep[ero]
a subquaestore magistri cultissimo[...]
runiam. Ego & uxor mea vos [...]
ac singulos amice salutamus, & [...]
benign[...]

165[...]

benignissimi protectioni commendamus.
Dabam raptissime stans pede in uno.
Harderovici XXIV 7bris 1655.

Tuae Reverentiae
usque ad mortem
Devotus
J. Christenius.

Doctor Hudemannus pessime egit. Virgini isti quam nosti firmissime se obstrinxerat. Abiit hinc, fidem dans, se brevi ~~cito~~ reversurum. Ex itinere, cum in mari versaretur, multas ad virginem matremque eius epistolas dedit plenas propensissimi affectus. Reversus in patriam nihil ad eam scripsit, animum mutavit, aliam ibi duxit. Hinc turba, clamor & jurgia. Nostrates rem ad Regem deferent, causamque agent subsidio literarum potentissimorum Ordinum, qui perfidiae istius & punitionem Regi commendabunt. Ego parentheseos, pessimum tamen eius factum non laudo. Diabolus est princeps mundi, qui ubique discordias seminat. In coelo pax est, eo aspiremus. Ἔρρωσο.

[illegible]
sit, ut hic agat diutius, sane, nec suadere, nec dissuadere possum, ut ipsum alliceat abire. Ipsimet dispicietis probe, quid de re ejus sit futurum. Qui has afferet, est celeberrimus ille Comenius, Fabricator Januae Latinitatis, jam nunc Exul, qui per incendium Lesnae omnibus spoliatus, ultro utrumque exponet, quae et hic, et in Polonia sit rerum facies. Vale & affines vestros nostro nomine quam humanissime saluta. Dab. die 4 Junii Francofurti ad Oderam ao 1656

Joachimus Deckerus D.

1656. Jun: 4.

[p]maturam acceleravit mortem, tum recreationis caus[a]

Reverendissimo
Dno Doctori
Florentio
Amico am[ic]issimo.
Christiani

florenos a Consule Witten pro[...]
nate accepi, quos solvi bibliop[olae]
Jacobo. tres adhuc restant solven[di]
Antonius Caroli quosdam libros [...]
tradidit, quos mittam, quandoc[unque]
volueris, illique solvam, cum accep[ero]
a subquaestore magistri cultissimi
[pe]cuniam. Ego & uxor mea vos
ac singulos amicos salutamus, &
benign[e]